Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



infirmi quq; facta corripiunt ipsi auuentium sortem; probantur.

122

Ut thesaurus monachorum in celo collocet. xl.vii.

Dominus nos admonet dicens. Thesaurizate uobis thesauros in celo. ubi nec erugo. nec tinea exterminat. Et quomodo unus quisq; ad perfectionem monachus peuenat. ipse uerum dicit: Si uis perfectus ee. uade: uende omnia que habes & da pauperibus. & habebis thesauros in celo. & ueni sequere me: Thesaurum ergo nostrum fratres in celo ponamus. ubi hostem & expugnatorem non timeamus. Thesaurum itaq; operum uel uirtutum nostrarum collocemus in celo. ubi non timeamus occultum furem. neq; uiolentum raptorem. Patria enim nra paradysus e: In patria uero nostra postmodum recepturi multiplices nunc bonarum uirtutu debemus condere thesauros. ubi post finem huius seculi centuplicatos mereamur recipere fructus. Sancti enim dicit propheta in terra sua duplicia possidebunt. id est in terra uiuentium beatitudinem mentis simul habebunt & corporis. ubi dominus ihs xpistus reformabit corp humilitatis nre: configuratum corpori claritatis suae. Magnus etu nos illic carorum numerus expectat parentum. fratrum. atq; sororum copiosa turba uidere desiderat. de sua iam immortalitate secura. sed adhuc de nra salute sollicita. Ibi chorus patriarcharum. numerus prophetarum. apostolorum. uirginu. & omnium nos cernere cupientium cuneus sanctorum. O quam grandis letitia est: adiutoru omnuu sanctorum peruenire consortium adiutorum omnium felicem uenire complexum. O quam summa & perpetua felicitas. illic apostolorum gloriosos choros cernere. & exultantium prophetarum numerum uidere saciatum. & inter uirginum. martirum. & confessoru candidatum cuneum inter ee sanctorum. Dixit abbas hyperiius. Thesaurus monachi est uoluntaria paupertas. Thesaurizate ergo ubi frater in celo. quia adrequiescendum sine fine sunt secula. Dicebat abbas euagrius. Cum sedes incella. colligite adte sensum tuum. & memor esto diei mortis. & tunc uidebis corporis tui mortificationem. Cogita cladem. suscipe dolorem. horrere mundi istius uanitates. Esto mo destus & sollicitus. ut possis semper in eodem quietis proposito permanere & non infirmaberis. Memorare etiam & bona que sunt uobis reposita. fiduciam habe ante deum patrem & xpm eius. cora angelis & potestatibus. atq; omni plebe regni celorum. & dona eius.